

COMMENTARIUS
IN EPISTOLAM
AD ROMANOS

ARGUMENTUM.

Duae in-
ius epis-
tola par-
tes: prior
dogmati-
ca, post
erior ethi-
ca.

Contentio
de Ju-
dicio et
Gentili-
bus.

Epis-
tola dis-
tributa
ad quin-
quaginta.

Hec autem totius epistole est distributio. Pri-
mis quinque capitibus reprimunt Paulus fastum
tam Iudeorum, quam Gentium ostendit, nam tam
hominum, legem naturae, quam illorum, legem Mosis vio-
lasse. Ideoque omnes esse sub peccato, et conse-
quenter egere Salvatore Christo; quodque ex fide
et gratia Christi, non autem ex operibus legis vel
natura justitia petenda et spectanda sit.

Secundo, cap. vi, docet, quonodo in justitia
per Christum accepta progrexi, vitiisque suis re-
sistere debeat: nam, ita ut cap. vii, post jus-
tificationem manu in justo concupiscentia, quam
excepit lex, sed comprimit et superat Christi gratia.

Tertio, cap. viii, enumerat fructus quos capi-
mus ex fide et justitia Christi.

Quarto, cap. ix, x et xi, docet Gentes vocatas
ad electas esse ad justitiam, ab eaque rejectos esse
Iudeos; et quod Gentes Christo credere volu-
erint, Iudei vero noluerint, sed justitiam in lege

Mosis, non autem in fide Christi quiescerint, cap.
usque ad cap. xii, dogmatica est. Posterior, a
cap. xii ad finem usque, ethica est, et mores ins-
truit. In priore dogmatica, ut ait S. Augustinus et
ex eo Anselmus, versatur et discutitur questionis
operum legis et gratiae: an videlicet Iudeis solis
(ut ipsi jactabant), proprii merita operum legis,
data sit iustitia et salus; an vero omnibus omnino
nationibus sine ullo operum legis aut nature mer-
ito, gratias a Deo concessum sit, ut per fidem in
Christum et gratiam ejusdem justificentur, ac
deinceps fidei et gratiae cooperando, juste et
sancte vivant, itaque salutem eternam assequan-
tur. Huius enim de re Iudei cum Gentibus conter-
debant, Gentibus philosophiam et virtutes mor-
ales jactantibus, pro sua iustitia: Iudeis vero
vindictantibus opera legis, et quod essent posteri
Abrahæ, quibus promissus erat Mosis et salus,
ut si ea potiri vellent Gentes, deberent circum-
cidi et fieri Iudei proselyti. Utroque retinuit
hic Apostolus, ostendens quod Iudei contra le-
gem Mosis, Gentes contra legem naturae gravissime
peccarent et utrique indiguerent redempcio-
nem, ob exactam omnis generis doctrinam.

(1) Hoc Rosenmuller: « Sunt totius epistole partes
tres. I. Praefatio, cap. i, 4-17. II. Tractatio, cuius liberum
duo sunt sectiones, dogmatica et parometrica. Et in dog-
matica quidem parte, primis 11 capitibus procurrente,
totus in eo est, ut ostendat, non ex observatione Ju-
daismi, sed ex observatione Christianismi; et quidem
solus christianismi salutem eternam homini sperandum
esse, ita ut Iudaismo amplius non sit opus; religione
vetri Mosaike impetrare hominem, inter Iudeos
Ethimoseus prorsus eandem, non potuisse tolli, nec
felicitatem veram restituiri, itaque novam ad felicitatem
hujus et futura vita pervenendi viam et rationem,
positam esse a Deo in doctrina Iesu Christi; et haec sola
certam salutis spem omnibus, Iudeis Gentibusque esse
repetendam, nec in hac re tribendum esse quidquam
majorum meritum, aut legis Mosaike observationi, sed
soli benevolentie Dei per Jesum Christum luculentia
quadam ratione hominibus declarata. Altera hujus
epistola parte, parometrica, universa vita Christiana
pietas commendatur, cap. xii, 1-xx, 14. III. Peroratio,
suo epilogus, quo continentur scriptioris excusatio,
apostolatus commendatio, adventus promissio, interces-
sio petiti, ad finem cap. xv. Caput xvi aliorum per-
tinet videatur. » Cf. Biblio de Vence, *Preface sur l'épître aux Romains; Hanberg, Einleitung, etc.*, p. 614 seqq.

ARGUMENTUM IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

35

Nota secundo: Probabiliter Salmeroni, tom. I,
prologomeno 35, in fine, censem hanc unam Pauli
epistolam latine esse scriptam. Primo, quia eam
Apostolus scribit Latinis: ipse enim ex dono lin-
guarum sibi infuso etiam latine norat. Secundo,
quia ejus amanensis fuit Tertius, cap. xv, 22,
quod nomen Latinum est. Dices: Cur ergo tunc hic
gracizat? Respondeo: Quia hanc tamen infer Graecos
versatus erat, idemque in Graecam erat proclivior.

Contra Beltraminius, lib. II *De Verbo Dei*, cap. viii
et communiter ali, omnes Pauli epistolas, prout
unam ad Hebreos, graece scriptas esse conti-
nunt. Certe S. Chrysostomus et Greco Graecum
textum quasi autographum sequuntur. Idem fa-
cit et Syrus. Addit, Paulum hanc epistolam Judeo et
Barbaro non opponere Romanum, sed Greco-
num, cap. i, vers. 14 et 16. Scribit enim ex Graecia, ubi
inter Graecos agens Graecę lingua jam assueverat,
ideoque scribit etiam ad Romanos, quia his,
ut et alii, lingua Graeca tum erat familiaris
et elegans, ut dicam cap. i, vers. 16. Perinde ergo
hie facit Paulus, atque si Francus vel Belgæ aliquis
ex Francia in Belgium ad Lovanienses vel
Antuerpienses scriberet francice. Tertio, id ipsum
confermat, quod hæc epistola græcismis abundet,
quodque Latinius nostra textus ex Graeco ad var-
bum, imo ad litteram et apicem sepe expressus
videatur, ut quod cap. i, 31 habetur: « Sine affec-
tione, absque fide, sine misericordia, » quis non
videt ex Graecis verbis ζεργης, ζεργην, ζεργηνα,
ad apicem esse expressum? Nam si latine scripsi-
set Paulus, latine et clare dixisset: *Inhumano, fa-
dfragos, immisericordes*. Similes græcismos video-
bimus cap. i, 7, 8, et deinceps: ita ut hæc epistola
pluteo stilo et phrasie Graeca scripta esse videatur.

(2) Rectius, anno 55 inuenire, ait Sepp. Vid. Chroni-
cam Actuum Apostolorum tom. XVII præfatum; et Sepp,
op. cit., tom. II, p. 847.
(3) De consilio Pauli in scribenda hac ad Romanos
epistola pauca dicam. Videbat tempore Paulus per Aquilam
et Priscillam, et plures alios Claudi Imperatoris electo
Roma expulso, quibus Corinthi et Ephesi familiariter
use fuerat, certus fastus esse de rebus Christianis
Romani. Paulus vero per euudem Aquilam, al-
iquanto post Romanum redeuntem, fortassis etiam per
Christianos in Macedonia, Achaia, Asia ipsi familiari-
factos, et Romanos proficientes, atque insignia ejus
in religionem merita narrantes ac predicantes, Romanis
imnotus. Præcipua causa, cur Apostolus hanc ad eos
epistolam scriberet, fuisse videatur hec, quod in eorum
œctu, qui mixtus erat ex hominibus, ante susceptionem
Christianæ religionis, partim Judaismo, partim idolorum
cultui adductis, lites ortæ essent, quas componere stu-
dit. Porro cause dissidiorum hæc fore fuerunt: *Judeo-
Christiani* opiniones Iudaicas, imprimis pharisæas cum
doctrina Christiana conjugente solent, et existima-
bant beneficium Messis majori jure ad summum populum,
et Latinī fert et legunt, qui *predestinatus* est.
Utrumque enim significat Graecum *καταβοτης*. Quod
si Paulus latine scripisset, qui *predestinatus* est,
nulla forte hic illus, nulla varietas, nullum dubium;
causa pro Latinī foret decisiva. Latinī omnes
Grecoz ad Latinī a Pauli autographum provoca-
tus: quod tamen nemo haec tem fecit (1).

Adit tamen, probabile esse Graecum Pauli auto-
graphum max a Tertio, vel alio interprete, quem
ut alibi dixi, Paulus semper ad manum habebat,
conversum esse in Latinum sermonem, itaque Ro-
manis et Latinis esse transmissum; hoc enim su-
perioris hujus legis et rituum sacrorum observationem,
ut et propera merita majorum, Abrahami, etc. Deum
ipsi fore propitium; Gentiles contra, utpote logo desti-
tuti, nec ab Abraham genia ducenti, nec ritibus sa-
cri initiantur, tanquam homines prolano esse contem-
nendos, nisi et ipsi jugum legis Mosaike imponi sibi
patentur. *Ethnico-Christianis* vero Christianos ex Ju-
deis, tanquam homines superstitiones, omnique Dei
misericordia indigos valle contemnebant. Inde vero al-
terationes et scandala enata erant, quæ a Paulo passim
carpuntur. Denique præter istam doctrine et opinione-
varietatem, etiam vita plurimum Christianorum variis
vitii, vel iam corrupta erat, vel certe facile corrum-
poterat. Haque Paulus portra Joannis opiniones refutat,
partim oīia et rīas palore studet.

(1) Insuper, ait Dom Cellier, Apostolus scribit quod
sunt Rome, hoc est non solum Latino-Romanis, sed
etiam omnibus Christianis ex quavis natione Roma de-
gentibus. Hist. générale des auteurs sacrés, tom. I, p. 220.

Scripta
est hæc
epistola
anno
Christi
ss.

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Paulus commendans suum apostolatum et Evangelium, salutat Romanos, eosque visere et eis praedicare exoptat.

Hinc secundo, vers. 16, docet Evangelium et fidem Christi esse virtutem Dei in salutem omni credentium justum enim ex fide vivere.

Unde tertio, vers. 18, docet Ethnicos ante Christum, licet Deum ex creaturis agnoverint, non tamen eum, sed idola coluisse, indeque a Deo traditos in reprobum sensum, in abominanda, quo hic recenset, scelerata incidisse. Docet ergo omnes ante Christum peccatis et ira Dei fuisse obnoxios; ut inde concludat omnes equum Evangelio, fide et gratia Christi Redemptoris.

1. Paulus, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, 2. quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, 3. de Filio suo, qui factus est ei ex semini David secundum carnem, 4. qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri: 5. per quem accepimus gratiam et apostolatum ad obedientiam fidei in omnibus Gentibus pro nomine ejus, 6. in quibus esitis et vos vocati Iesu Christi: 7. omnibus qui sunt Romæ, dilecti Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Iesu Christo. 8. Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annuntiatur in universo mundo. 9. Testis enim est mihi Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio, 10. semper in orationibus meis: obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendo ad vos. 11. Desidero enim videre vos, ut aliquid impetrari vobis gratiae spiritualiter ad conseruandos vos: 12. id est simul consolari in vobis, per eam quae invicem est, fidem vestram atque meam. 13. Nolo autem vos ignorare, fratres: quia sepe proposui venire ad vos (et prohibitus sum usque adhuc), ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in ceteris gentibus. 14. Gracis ac Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum: 15. ita (quod in me) promptum est et vobis, qui Itomæ estis, evangelizare. 16. Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudeo primum, et Greco. 17. Justitia enim Dei in ea revelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Justus autem ex fide vivit. 18. Revelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem et injustinam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia detinent: 19. quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavat. 20. Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta, conspicuntur: semper quoque ejus virtus, et divinitas: ita ut sint inexcusabiles. 21. Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipienti cor eorum; dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. 22. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volvorum, et quadrupedum, et serpentum. 24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: ut contumelias afficiant corpora sua in semetipsis: 25. qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium; et coluerunt, et servierunt creature potius quam Creatori, qui est benedictus in secula. Amen. 26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae. Nam feminae eorum immutave-

COMMENTARIA IN EPISTOLAM AD ROMANOS, CAP. I.

runt naturalem usum, in eum usum qui est contra naturam. 27. Similiter autem et masculi, reliquo naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis in vicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. 28. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non convenient, 29. repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, 30. detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elato, inventores malorum, parentibus non obedientes, 31. insipientes, incompositos, sine affectione, absque federe, sine misericordia. 32. Qui cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

Vers. 1. Pauli nomen non modo despiciunt? quid si guidant?

1. PAULUS. — De hoc nomine multi hic multa afferunt. Primo, aliqui putant hoc nomen esse Graecum, et quietem, vel potius quietum significare, deducunt: *αντί τοῦ κακού*, id est a quietendo. Sicut et contrario Saulus (alius Ambrosius) significat quietudinem: *άνεις*: enim Gracis idem est quod commotio. Nam Saulus inquietus fuit, turbator et persecutor Saulus.

Secundo, S. Hieronymus, in *Nominibus Hebraicis*, vult nomen *Paulus* esse Hebreum et significare mirabiliter: hoc enim significat Hebreum *σάρπη*, unde Paulus. Alii Paulum interpretantur operarium, a radice *σάρπη* paulus, id est operatus est.

Tertio, ali consent nomen *Paulus* esse mixtum ex Hebreo et Graec et significare os tubæ, vel potius os tibiae, quasi conflatum sit ex *τιβή* pe, id est os, et *αντί*, id est tibia. Rursum S. Damasus, in *Carmine de S. Paulo*, putat Paulum in baptismo mutasse nomen Sauli in *Paulus*. Sed contra facit, quod post cap. ix. *Actor*, ubi Paulus baptizatur, semper vocetur Saulus, usque ad cap. xiii. Ergo post baptismum dicit Sauli nomen retinuit: non ergo in baptismo nomen Pauli assumpsit. Denique Origenes putat Paulum fuisse binominem, et in circumsitione illi tam Pauli quam Sauli nomen impostum esse, sicuti Matthaeus vocatus est Levi.

Ponit Barnabam, quando et quia occasione assumptum?

Verum respondeo et dico: Verius est, *Paulus* esse nomen Latinum et Romanum, Rursum Saulum assumpsisse hoc nomen Pauli, *Actor*, xiii, 9, ubi cum Barnaba segregatus est et designatus Apostolus Gentium, scilicet, mox ut cepti predicare Gentibus, putat Paulo, Proconsuli Cypr, in quem primo et Gentibus incidit eumque convertit: ut enim illi et aliis Gentibus Paulus quasi Romanus civis, etiam nomine suo facilius se insinuaret, Paulus, inquam, qui omnibus omnia fieri cupiebat, ut omnes luciferarent; propterea hac occasione Sergii Pauli, ut dixi, nomen Iudaicum Sauli, levi mutatione unius litteræ, mutant in nomen Romanum Pauli.

Id ita esse ex eo conjectur, quod usque ad apostolatum suum ad Gentiles et conversionem Sergii Pauli, semper vocetur Saulus, vel Saul, a

Saulo primo rege suis tribus Benjamin, quia inter Iudeos aegabat: post illam vero Sergii Pauli conversionem semper vocetur Paulus, quia deinceps inter Romanos et Gentiles, quasi Gentilium doctor et Apostolus agit. Ita S. Augustinus, lib. VIII. *Confess.*, cap. iii; S. Hieronymus, in epist. ad *Philemonem*, Beda et Salmeron hic, et Lorus in cap. ix. *Actor*, vers. 18.

Non ergo Sergius Paulus Saulo suum Pauli nomen ex amicitia imposuit, ut aliqui volunt; sicut Josephus fatetur se Flavii nomen accipisse a familia Flavia Titi et Vespasiani: cum potius Sergius Paulus, quasi catechumenus et discipulus a Paulo nomen accipere deberit, quasi a magistro suo: sicuti S. Cyprianus Cecilius nomen a Cecilio presbitero, a quo baptizatus est, assumpsit: sed tantum occasione illius Pauli, qui nomen sibi affine gerebat, quemque primo e Gentibus convertit Paulus, sponte inter Gentiles nomen Pauli assumpsit.

Hinc pafet etymon Pauli esse Latinum, et Paulum idem esse quod parvum, pusillum, modicum. Unde et a parva statuta Pauli nomen adhaesit familiæ *Emiliae*, auctor est Sigonius in *Nominibus Romanis*, quasi dicat Paulus: Ego olim Judeus fui Saulus, nunc vobis Romanus Romanus sum Paulus: olim ante christianismum altus et superbus eram, quasi alter Saul; nunc Christianus effectus parvus sum Paulus; parvus, inquam, tum corpore, tum magis animi demissione. Ita S. Thomas et S. Augustinus, lib. *De Spiritu et Litu*, cap. vii. Et in *Psalm. LXXI*: a Paulus, inquit, primo Saulus, postea Paulus, id est primo superbus, postea humili. Saul enim, unde dictum est nomen Sauli, noslis quia rex superbus et infremis fuit. Non quasi aliqua jactantia nomen sibi mutaverit Apostolus; sed ex Saulo factus est Paulus, ex superbo modicus. Paulum enim modicum est. Et lib. I. *De Verbis Domini*, serm. 13: «Tu es ipse Paulus, in te parvus, in Domino magnus; in te infirmus, in Domino firmissimus. Eris exaltatus, quia non es ingratus.»

Quare quod S. Hieronymus, loco jam citato, Expositio Pauli nomen censem esse nomen victorii et Expositio triumphi, licet a parte rei vere hoc nomen ita

accepit possit; tamen hec non est vera hujus nominis ratio ex mente et intentione Pauli, qui, ut dixi, Pauli nomen non tam sublimitatis, quam familiaritatis et humilitatis studio assumpsit. Ascribimus lie verba S. Hieronymi, quia pulchra sunt: «*Ubi Scipio, inquit, subiecta Africa, Africani sibi nomen assumpsit, et Metellus, Creta subjugata, Cretici cognomentum reportavit, et Imperatores nunc usque Romani ex subiectis gentibus Adiabeni, Partici, Sarmatici nuncupant; ita et Paulus, ad predictionem Gentium missus, primo eccliasiae spolio proconsule Sergio Paulo, victorie sue trophya rediuit erexitque vexillum, ut Paulus diceretur et Saulo.*» Aptius S. Augustinus, serm. 25 *Dc Sanctis*, tom. X: «*Patitur, inquit, Paulus quod fecerat Saulus. Saulus lapidavit, Paulus lapidatus est. Saulus Christianos virgines affecit, Paulus pro Christo quinque draginas una minus accepit. Saulus persecutus est Ecclesiam Dei, Paulus submissus est in sporta. Saulus vinxit, Paulus vincetus est. Et dum Paulus sevios querit minuere numerum Christianorum, etiam ipse accessit ad numerum Confessorum.*

Apostolus igitur, ut ipsem ait, « præsens corporis fuit infirma. » Fuit enim nomine et corpore Paulus, id est parvus; sed ingenio, anino, virtute et factis magnus. « Animus enim non mensuratur corpore, » sed corpus transcendet. Pulchre et vere Sapiens, Eccl. xi, 3: « Brevis, pax, id est pars, in voluntatis est apis, et imitatio (τέλειος, primas, principium) dulcoris habet fructus illius. » Ita corpore parvus, sed animo celstis fuit S. Hieronymus, ut habeat eis Vita apud Hibernaliem et alios. Idem de se innuit S. Augustinus, hom. De Transfigur. Domin: « Queso, inquit, per Dominum, ne vos hominum eius levitas offendat, dummodo qualibet occasione, ex cordibus vestris peccatorum sordes absbergat. » Et serm. 6 inter commun.: « Observeo, ait, vos fratres, etc., ut oretis pro me exiguo et pusillo, » etc. S. Antonius, memorie portentum, aquæ ac sanctitatis et miraculorum, ab exigua statu nomine acceptil: vocabatur enim Antonius. Numirum, ut ait Poeta.

Major in STITHO regnavit corposa virtus

Et a contrario:

Nulla in tam vasto corpore nica salis.

Parvi El Cicero : « Valentissimo quisque corpore longissime abest a sapientia ». Experiencia docet communiter in parvo corpore magnos inesse animos. Virtus enim unita fortior est seipsa divisa. Virtes autem anima in corpore parvo unirat, in magno dividitur et dispersiguntur. Atque haec de causa naturaliter parvis quaque magnis facilius est magnanimitas, difficilior humilitas. Eleganter et cordate S. Gregorius Nazianzenus, scribens ad Nicolum, qui Alypius nixore sunt : « Ecclesie de legationibus et missis Apostolone. Parvi modo in vox karia, id est vocatus, alludit ad duodecim principes vocatos a Deo et Mose, ut duodecim tribibus praesentent. Num. 1, 16, ut ibi dixi. Quare parerga hic est Anselmi expositio, qua censem Paulum se non Apostolum, sed vocatum Apostolum nuncupare ex studio humi-

Gorgonie, Gregorii sororis, filie, exiguum statutum
ram exprobribat, ita rescribit, epist. 133: « Aly-
pianam spud nos cavillis incessu ut parvam et
tua proceritate indignam, o magne et vaste ac
gigantime tum forma, tum robore. Nunc denunci-
intelligo animum mensure subiici, ac rupe
margaritis prestations esse, corvusque luscinias
angustiores. Tu vero magnitudine tua et cubitibus
fruire. » Deinde subdit: « Quid si hoc quoque
adjudicas, eam orationis causa curvam esse, ac
per ingentes mentis agitationes, perpetuam cum
Deo consuetudinem habere; quid hic de tua
sublimitate corporis mea ira te jactabis? »
Vide tempestivum silentium, loquenter audi-
quam non incompta sit animadverte, quam ut
femina fortis aet strenua, quas rei domesticae utili-
tates afferat, quam viri amans, ac tum illud
Laconis dices: Certe animus in mensuram minima-
cadit, atque externum hominem oculos coniectos
in internum habere oportet. Ita cum ut parvam
derideres desines, et tuum conjugium faustum ac
felix judicabis. »

SERVUS IESU CHRISTI. — « Servus, » scilicet honorarius, qui hebreo vocatur קָרְבָּן mesaret, d est minister, de quo plura dicam Philip. cap. 1, vers. 1.

VOCATUS APOSTOLUS, — id est vocatus ad apostolatum, vocatione Apostolus. Grace enim non est participium καλούμενος, id est vocatus, appellatus; sed nomen ψευτός, id est vocatibus. Unde Syrus verit נִזְמָן קָרְבָּן karia waschelicha, id est vocatus et Apostolus, q. d. Evocatus Dicique Apostolus. Ita S. Chrysostomus. Sunt Hispani gloriantur quod sunt criados del Rey, id est servi Regis, evocati a Rego, vocatissimi Regis. Unde teste Hesychio, vocatus dicitur nobilis. Alludit ad Isaia xlviij, ubi pro eo quod nos habemus: « Audi, Israel, quem ego voce... hebreo est כָּרְבָּן memor, id est vocate mi, uti vertunt Aquila, Symmachus, Vatablus et alii: Israel enim typus fuit S. Pauli et fidelium. Vide ibi dicta (f.). Rursum alludit hie Paulus per nomine Hebreum et Syrum scelicha, id est Apostolus, ad prius nomen regnum Saul. Saul enim hebreo significat vocatum et vocatus, scilicet a S. Paulo.

sicut Saulus hic noster ex eadem tribu Benjamin est vocatus et postulatus ad apostolatum: estque paronomasia Hebreia, q. d. Paulus: Qui olim fui Saulus vel Saul; num sunt scelicha, id est vocatus ad legationem et munus Apostolicum. Pari modo in voce *karia*, id est vocatus, alludit ad duodecim principes vocatos a Deo et Mose, ut duodecim tribibus præsensent, Num. 1, 16, ut ibi dixi. Quare parerga hic est Anselmi expositio, qua censem Paulum se non Apostolum, sed vocatum Apostolum nuncupare ex studio humi-

(1) Simplicius: Vocabus Apostoli, i.e. est, constitutus Apostolis, cui monas Apostolicum est demandatum, vocabat ac ipso Christo, non at illi, honore invito mentitus. I Cor. 4, 1.

litis, q. d. Ego non voco me Apostolum, sed ab aliis vocatus et dictus sum Apostolus: quomodo S. Bernardus ex humilitate non Abbas, sed vocatus Abbas Clarevallis dici et nuncupari voluit: repugnat enim huic expositioni textus Grecus, ut patet ex dictis.

Nota primo: Actor. IX, vocatus est a Christo Paulus Apostolus, id est legatus, missus a Christo per totum orbem evangelizare et docere Gentes a fundare et regere Ecclesias Christi, de quo plura dicam, vers. 3.

Denit et Nota secundo: Præter duodecim Apostolos, qui
Apostoli *Matth.* x, a Christo in terris vivere vocati et
gaudent, missi sunt prædicare regnum Dei, nomen Apostoli
toto extensum quoque est ad Paulum, Barnabam,
prædicto Silam, Lucam, Marcum aliasque, qui penes idem
duodecim sunt seriti, quod primi illi duodecim eum
Christi officium sunt vocati. Unde S. Hieronymus, in cap. i. *Ad Tit.*
vocatus *Matth.* x. Apostoli titulum in Paulo et Apostolico
Math. x. liceam dignitatem suscipiens, inquit: « Quod si
Paulus de se, Apostolus autem Iesu Christi, tales
mihi videatur, quale si dixisset, Praefectus pre-
torio Augusti Cesariæ, magister exercitus Therib.
Ut enim Judices secuti hujus, quo nobiliores
esse videantur, ex regibus quibus servient et ex
dignitate qua intumescunt, vocabula sortitur
ita et Apostolus grandem inter Christianos sibi
vindicantes dicitur. » Apostolus se Christi filius
etiam dicitur.

videtur dignitatem, apóstolus ut etiam
prænotavit, ut ex ipsis nominis auctoritate lectu-
ros terroreret, indicans emnes qui in Christo cre-
derent, debere sibi esse subjectos. » Apostoli
enim a Christo in totum orbem et in omnes
fideles auctoritatem et imperium acceperunt.

Paulus
apostoli
temporis
veneratus
et Deo, nos
fatuus.

Nota tertio : Paulus hoc Apostoli nomine, quasi
titulus numeris dignitatis et professionis, se initio
epistolarum, suis insinuare solet. **Sicut enim reges** et principes prefabantur : **Nos Albertus, Dei**
gratia Archidux Austriae, Dux Brabantiae, etc; ita
Paulus : « Ego Paulus, Dei gratia et vocatione
Christi Apostolus ; » non autem per me, vel am-
bos, vel potestatem Iacim in apostolatum intru-
sus; hoc enim proprium est pseudo-apostolorum
et hereticorum, ut docet S. Cyprianus, lib. **Dæ**
Unitate Ecclesie : « **li sunt, at, qui se ultra apud**
temerarios convenas sine divina dispensatione
preficiunt, qui se prepositos sine ulla ordinatio-
nis lege constituant (nota nomen Ordinationis),
qua sane non a magistratu, sed a Christo Iesu,
ejusque vicariis Episcopis, manuum impositione
ritu veteri in sacramento Ordini suscipiunt, qui
nemine episcopatum dante, Episcopi sibi nomen
assumunt. » Ino S. Paulus, **Hebr. v. 4 : « Nec
quisquam, inquit, sumit sibi honorem, sed qui
vocatur a Deo, tamquam Aaron, **et Jeremias de**
falsa prophetis, se per amicos aut reges instru-
erit, et sic caput et oculorum eius**

dentibus, sic an carpebas et cupias eos, cap.
XXII, 21: « Non mittebam Prophetas, et ipsi cur-
rebat; non loquebar ad eos, et ipsi propheta-
bant. » Sicut enim magistratus est ordinare civilia
et civicos praefectos; ita Episcoporum est ordi-

nare sacra et sacros Presules : hic enim est hierarchicus ordinis Ecclesiae a Deo institutus. *Scriptum est, ut Ambrosius lib. V. epis. 33 ad Marcellinum sororem : Quae Dei, Deo; que Cesaris, ad Imperatorem palatia pertinet, ad sacerdotium Ecclesiae : publicorum tibi memoriū et Imperator, tu commissum es, non sacramentum.* Et Huius Constantio : *Tibi, inquit, Deus Imperator.*

SEGREGATIS IN EVANGELIUM DEL. — tanguam in
rium commisit; nobis que Ecclesiæ sunt, cre-
dit. »

SEGREGATUS IN EVANGELIUM DEI, — tanquam in
novo ordine et sublimem. quis omnem naturam

rem arduum et sublimem, quae omnem naturam modum et rationem transcendat. Alludere rursus videtur Spiritus Sanctus ad etymon Hebreum nominis Pauli. Sicut enim *Saul*, vel *Salus*, significat vocatum et postulatum ad munus Apostolicum ita **אַפְלֵה** (*pela* *under* *Paulus*), significat arduum excellendum, mirabilem, ideoque a vulgo segregatum. Idem innuit Gracum *χωρεύοντας*; *χωρεύειν* significat secernere aliquid et segregare tanquam eximium, puta tanquam organum electum quod fuit Paulus. Unde et medicis *χωρεύειν*: vocant sententias selectas, raras et eximias. Si Christus, *Isaia* xii, 6, vocatur **Nָבָעֶן** *pole*, id est ad mirabilem, eximium, segregatum. Et angelus nuntians Manu Samsonis ortum, *Judicium* xiii, 18 ait: *Quid queris, inquit, nomine meum, quod es mirabile?* hebraice, quod est **אַפְלֵה** *pole*.

2. QUOD ANTE PRONISERAT PER PROPHETAS SIC
IN SCRIBITURIS SANCTIS DE FILIO SUO, — q. d. NO-
VUM, non nuper inventum, aut ex meo altero
rius homini cerebro fabricatum est Evangelium,
sed ab altero a Deo institutum et decreatum
ideoque Jam olim per omnes sanctos Prophetas
promissum tanquam res rara, mira, salutifera
divina, certissima et verissima; utpote quod con-
tra eam est, ut contra eam erat, ut contra eam
erat.

3. QUI FACTUS EST ET EX SEMINE DAVID SECUNDUM

CARNEM . . . syrus, Valli et Erasmus verunt, qui genitus est, vel natum est. Sed melius vesti nosler Interpres, qui factus est: Graece enim non est γενίσθαι, vel γενέσθαι a πρώτῳ, id est gignere; sed γενέσθαι a πρώτῳ, id est fieri. Unde S. Cyrilus, lib. XI Thesauri, sub medium, dictit totum SS. Trinitatem dici et esse ἀγέννωτο, id est increatam, infelatam, sive non creatam, non factam; solum vero Patrem esse et dicti ἀγέννωτο, id est ingenitum, et ita Patres Christum hic non natum, sed factum interpretantur; ut Tertullianus, *Contra Praezem*; Irenaeus, lib. III, cap. xxxxi; S. Augustinus, lib. II *De Trinitate*, cap. v. Vox enim *factus magis significat* humanum naturam Christi contra Marcionem, illamque Christianum non e ccelo in Virginea intulisse, ut volunt Paulinius: sed a Virgine et

(1) Hoc addit Apost^lus propter judaizantes, qui catum-
niabantur, Mosen et Prophetas ab Apostolo conteinni,
suaque privari auctoritate.

Expositio Originis. — *Certe ex Virgine formata, idque non ex copula viri, ut voluit Ebion; sed virtute Spiritus Sancti, factam et productam accepisse: ita ut Christus est *anōrōs*, id est sine patre, secundum humanitatem, sicut est *apōlōs*, id est sine matre, secundum deitatem.*

4. QUI PRÆDESTINATUS EST FILIUS DEI. — « Qui prædestinatus est, » Graece ἀπόλυτος, quod apte et plane Syrus et Graci vertunt, qui declinatur et agnitus est *Filius Dei*. Ita Chrysostomus, Theophylactus, Origenes, Theodoretus; immo Toletus sic exponit Latinum *prædestinatus*, sive *definitus*, scilicet non quoad rem, sed quoad notitiam hominum, ut *prædestinatus* idem sit quod *certificatus*, certe cognitus hominibus, q. d. Christus demonstratus et declaratus est præallis Sanctis, qui sunt filii Dei adoptivi, quod ipse solus sit *Filius Dei* naturalis. Sed hoc est torqueare Latinum verbum *prædestinatus* et *prædemonstratus*, vel declaratus. Quare hoc sensu melius Ambrosius subiudicat hinc verbum *declarari*, dum sic exponit: Christus, latens in incarnatione, *prædestinatus* est, ut declararetur *Filius Dei* in resurrectione. *Secundo*, rectius et profundius noster Interpres quidquid obstrepit Calvinus, Graecum ἀπόλυτος, verit, qui *prædestinatus* est, et ita legunt S. Irenaeus, lib. III, cap. XXXII; Hilarius, lib. VII *De Trinitate*; Augustinus, lib. *De Prædest. Sanctorum*, cap. XV; Ambrosius et alii. Graecum enim ἀπόλυτος, licet apud profanos sepe significet *declarare*, tamen auctore S. Dionysio, lib. *De Divinis Nominib.* cap. V, passim in Scriptura significat *definire*, *constituere*, *prædestinare*, ut Act. II, 23: « Hunc definito consilio et presenciae Dei traditum, » Graece est ἀπόλυτος. *Actor.* X, 42: « Ipse est qui constitutus est iudex vivorum et mortuorum, » Graece ἀπόλυτος, *xpīs*. *Act.* XVI, 26: « Definiens statuta tempora, » Graece ἀπόλυτος, *καὶ πάσας*.

Adde: Eliensis Origenes, Hieronymus, Terullianus, Cyrillus, Theodoretus, Chrysostomus, (Ecumenus) legant in Graeco ἀπόλυτος; quod est ad verbum, *destinatus est*, scilicet, ab aeterno: quod in re idem est cum eo quod noster Interpres verit, *prædestinatus est*, tamen alii, ut Ambrosius, Augustinus, Irenaeus locis iam citatis, et Epiphanius, *heresi* 34, in fine, et Athanasius, lib. III *De Assumpt. hominis*, clare legunt in Graeco ἀπόλυτος; hoc autem ad verbum idem est quod *prædestinatus est*, non autem *prædeclaratus est*. Sic enim hic veri non posse patet ex sequentibus; vox enim *præ falsum* inducere sensum.

Ubi nota: Putat Origenes Christum solum dici ἀπόλυτος, id est *destinatus*, quia antequam nascetur homo, erat Deus Deique Filius; nos vero dici ἀπόλυτος, id est *prædestinatus*, quia non eramus antequam nasceremur. Sed haec distinctio subtilior est, quam verior et solidior; *destinatus* enim hic idem est quod *prædestinatus*, ut jam dixi. Quare non recte Origenes hunc locum sic expo-

nit, q. d. Paulus: Christus existens *Filius Dei*, *destinatus* est ut sit princeps et primogenitus ex mortuis, scilicet, ut in eos virtutem divinam exercet eiusque de Spiritu sanctificationis et vivificationis.

Sensus ergo Apostoli est, q. d. Homo Christus, qui factus est ex semine David, seu cui data est essentia et existentia humana naturae, *prædestinatus* est ad hoc, ut subsisteret in persona *Filiū Dei*; id est *prædestinatus* est Jesus ad hoc, ut scilicet qui futurus erat secundum carnem filius David, idem secundum hypostasin esset *Filius Dei*: hoc est, *prædestinatus* est, ut hic homo, qui dicitur Jesus, estque filius David, esset simul *Filius Dei*, quia scilicet *prædestinatus* est, ut hic homo assumetur a Filio Dei, illique hypostasis uniretur, ita ut idem esset homo et Deus, sive filius hominis et *Filius Dei*. Ita S. Augustinus, *De Prædest. Sanctor.* cap. XV; Anselmus, *Concilium Toletanum XI*, cap. I, et passim Scholasticus, III part., *Quest. XXIV*.

Dices: Pronomen qui refert *Filiū Dei*, qui præcessit. *Filius autem Dei* non est *prædestinatus*, ut fieret *Filius Dei*, quia semper fuit *Filius Dei*. Ita Calvinus.

Respondeo: Pronomen qui refert *Filiū Dei*, non formaliter, sed materialiter, scilicet non quatenus est *Filius Dei*, sed quatenus factus est secundum carnem ex semine David, ut præcessit, id est referit hunc hominem Christum, qui assumptus est a persona Verbi, estque *Filius Dei*. Hic enim homo non fuit ab eterno *Filius Dei*, sed *prædestinatus* est *Filius Dei*, sicut in tempore factus est *Filius Dei*.

Ubi nota, S. Scripturam de Christo ita loqui, ut maxime de eius divinitate loquatur, mox ad ejus humanitatem transeat, rursus ad divinitatem redeat. Ille fit, ut Christus det attributa quae Deo sunt propria, et mox eidem tribuat alia que non nisi in hominem cadunt. Id clare videtur est *Hebr.* 1, 2, ubi sic loquitur Apostolus: « Novissime diebus istis locutus est (Deus) nobis in Filio, quem constituit heredem universorum. » Ecce hi loquitur de Filio, ut homo est; mox loquitur de eodem, ut Deus est. Subdit enim: « Per quem fecit et secula, qui cum sit splendor gloriae; » ac rursus reddit ad eundem *Filiū Dei* qui homo est, cum statim subjungit: « Purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in *exaltatione*. »

Dices *secundo*: Hic homo non tantum Christi naturam humanam, sed et personam, que Verbum est, includit; et relativum qui, non potest referre naturam humanam: quia sic dicendum esset, que; ergo refert personam: atqui in Christo non fuit alia persona, quam divina Verbi; haec autem non potuit *prædestinari* ad unionem Verbi. Sic enim *prædestinatum* esset, ut idem cum eodem, sive ut idem cum seipso uniretur: quod est impossibile. Unde passim Doctores dicunt,

solam naturam humanam *prædestinatam* et elevatam esse ad hanc unionem cum Verbo. Est hoc argumentum Toleti, quo probare contendit *prædestinatus* hic debere exponi per *declaratus*.

Respondeo: Relativum qui refert naturam humanam Christi in concreto, id est hunc hominem, non subsistentem, sed existentem ex semine David. Licit enim idem materialiter subsistat in persona *Filiū Dei*, ut præcessit; tamen in nova hac propositione, mens inde, puta ab hac subsistencia et persona Verbi, prescindit, et tantum

in subjecto *hic homo* hominem existentem, non autem subsistentem sive personam concipit, non donec accedit predicationem *Filiū Dei*. Sic fit in persona *omni prædestinatus*: nam in ea semper subjectum re idem est cum predicato, sed conceptu distinctum et quasi precium; ut homo est animal, leo est brutum.

Respondeo *secundo*: Pronomen qui refert personam hujus hominis, seu huius suppositionis humanitatis Christi confuse, abstrahendo ab eo, quod idem sit suppositionis divinum *Filiū Dei*: licet enim in idem in Christo sit suppositionis humanitatis et divinitatis, tamen in conceptu nostro, quem per enuntiationem hanc exprimimus, unum ab altero seorsum concepi, itaque quasi separari et prescindari potest; ut scilicet idem hoc suppositionis in subjecto concipiatur tam etenatus, quatenus est suppositionis humanitatis; in predicatione vero idem concipiatur, quatenus est suppositionis divinitatis, sive *Filiū Dei*; ut sensu est, *prædestinatus* est ut persona Christi hominis esset non humana, ut est aliorum hominum, sed ut eadem esset cum persona *Filiū Dei*. Ita subtiliter et eruditio docet Franciscus Suarez, III part., *Quest. XXIV*. Et hoc sensu patet, Christi non tantum naturam humanam, sed et personam in confuso, sive in abstracto esse *prædestinatum*, ut ibidem docet Suarez et D. Thomas.

Denique notat D. Thomas, III part., *Quest. XXIV*, et Scholasticus, hanc Christi *prædestinatum* non fuisse medium, finem et exemplar nostrae *prædestinationis*: quia, ut Augustinus, *De Prædest. Sanct.* cap. XV, ait: « Ea gratia fit ab initio fidei sua homo quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christianus. De ipso spiritu et hie renatus est, de quo ille natus. Eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum, quo factum est ut ille nullum habeat peccatum: » scilicet tam Christo, quam culibet Christiano id datur sine ullis aliquibus meritis, ex mera gratia.

IN VIRTUTE SECUNDUM SPIRITUM SANCTIFICATIONIS ET RESURRECTIONE MORTUORUM JESU CHRISTI DOMINI NOSTRI. — *Primo*, S. Chrysostomus et Graci hec explicant, q. d. *Declaratus* est Christus esse *Filius Dei*, primo, in, id est ex, virtute miraculorum; *secundo*, sive dabat Spiritum Sanctum et tertio, ex resurrectione ex mortuis, quia inde quasi mortis Dominus resurrexit.

Secundo, Theodoreus et Toletus sic explicant, Christus per Spiritum Sanctum ex miranda et ratione *resurrectione declarans* est *Filius Dei*.

Verum noster Interpres, ut dixi, verit, non *declaratus*, sed *prædestinatus* est. Hujus ergo nostre versionis hic est sensus: Christus « *prædestinatus* est *Filius Dei* in virtute, » id est cum potentia divina (Graecè enim est ἀπόλυτος, non ἀπόλητος, et in ponitur pro *cum*; sic enim sepe sumunt Hebrei 2 pro *οὐ*), ut scilicet, licet esset *Filius David* secundum carnem fragilem et infirmam, haberet tamen tam potentiam, quam hypostasis divinam; nimur ut per hanc potentiam, hic homo unitus Verbo facaret miracula, remitteret peccata, sanctificaret homines: quam potentiam habuit secundum, id est per, et a natura divina, qua est *Spiritus sanctificationis*, » id est fons omnis sanctitatis; vel planius, a Spiritu Sancto, qui totum hoc unionis hominis cum Deo opus in Christo peregit, cum ita sanctificavit, ut illi virtutem dederit omnibus homines sanctificantur, quia potentia *Spiritus Sancti* maxime se ostendit, maximeque patuit « *ex resurrectione ex mortuis*, id est in resurrectione, qua Christus se et alios mortuos suscitavit. Unde de ea tunc dixit Christus, *Matth.* XXVIII: « Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. » Et Joannes, *Apocal.* V: « Dignus est Agnus qui occisus est, accepere virtutem et divinitatem et sapientiam. » Ita S. Augustinus et passim interpretes.

Aliqui etiam si explicant: Christus *prædestinatus* est, ut esset *Filius Dei*, « in virtute, » id est in unione hypostatica, que opus fuit *præstantis* virtutis et potentiae tum *Dei Patris*, tum *Spiritus Sancti* potentia.

Nota secundo, resurrectionem, graece ἀνάστασην, hic tam passim, qua Christus resurrexit, quam activa, qua Christus se et alios resurgere fecit, capi possunt. Ita Ambrosius.

Nota tertio hebraicum, « *Jesu Christi Domini nostri*, » id est, ipsius vel sua: Hebrei enim, pro nomine demonstrativo, sepe repeteunt nomen antecedens. Addit ergo hic Paulus in *Jesu Christi*, tum ut exprimat doceatque hoc nomen esse proximum *Filiū Dei*, de quo locutus est; tum quia hoc

ducissimum Salvatoris nomen in deliciis, ac consequenter in corde et ore semper habebat (1).

Demque S. Anselmus et ex eo Salmeron, probabiliter, plane et facile ita hunc locum explicabit, ut Christus dicatur hic « predestinatus esse Filius Dei », non simpliciter et absolutio, sed cum addito, scilicet, « in virtute resurrectionis », id est predestinatus esse ut resurgeret; « in virtute », id est in potentia, gloria et maiestate immortalitatis; ut tunc quasi plene et perfecte videtur regenerari et renasci Filius Dei gloriatus et immortalis, q. d. Paulus: « Predestinatum et definitum est a Deo, ut Christus homo esset Filius Dei, non in infinitate et humilitate, qualis initio nascens, vivens et moriens apparuit, sed in virtute et gloria resurrectionis; ut scilicet, resurget et a mortuis esset Filius Dei immortalis, et gloriam deitatis per corpus ostendat: quod factum est per Spiritum Sanctum et sanctificandum; qui sicut in incarnatione animam Christi per gratiam et gloriam, ita in resurrectione corpus Christi per immortalitatem et gloriam, ac consequenter totum Christum plene et perfecte sanctificavit. » Christus, inquit Anselmus, qui predestinatus est secundum carnem (quoniam Deus ab aeterno predestinavit, ut Verbum eius caro fieret, quam et resuscitans glorificaret), predestinatus est ut sit Filius Dei in virtute immortalitatis et potentie, de qua post resurrectionem ait: Data est mihi omnis potestus in celo et in terra. » Num cum de electis ipsi dicat, quod sunt filii Dei, quia sunt filii resurrectionis, eum non ipse magis, qui « secundum divinitatem naturaliter est semper Dei Filius, in resurrectione secundum humanitatem factus esse dicitur Filius Dei? » Unde et Pater, resuscitans Filium, dixit ei: « Filius meus es tu, ego hodie genui te, » Act. xiii., 33. Hic sensus plenus et speciosus apparebat, evaditque difficultates de predestinatione Christi paulo ante allatas; sed nonnulli coarctat, deflecit et enervat generalia Apostoli verba, scilicet, quod Christus latum non tantum significare legationem et missionem, aut missions et legationis functionem, ut sonat ejus etymon, sed etiam significare officium, potestim et dignitatem primam et summam in Ecclesia. Sicut enim iam Legatus Summi Pontificis vocatur Nuntius, vel Legatus Apostolicus; estque haec magna dignitas: ita pariter Apostoli dicebantur et re ipsa erant legati Christi, Matth. xxviii., 19, atque hoc ipso obfitebant auctoritatem summam in Ecclesia. « Pro Christo legatione fungimur, » inquit Paulus II Corinth., v. 20. Apostoli ergo erant primi a Christo Christi vicere gerabant, et Christi personam representabant: sic enim regis legatus regum ipsum representat. Licebat ergo Apostoli omnes subditi essent S. Petro, quasi Pontifici et capitoli Ecclesie, eique obedire debenter; tamen parem cum eo potestatem habebant: Primo, toto ore predicandi Evangelii; ad obedientiam fidei in omnibus Gentibus, id est ut obediatur fidei ab omnibus gentibus, scilicet, ut Apostoli sua predicatione inducent obediens omnes Gentes, ut se submittant, credant et aduentent Evangelio. Ita S. Chrysostomus et alii. Secundo, fundandi ubique Ecclesias, id est creandi Episcopos et Presbyteros, instituendi ritum sacerdotum et Sacramentorum, totumque ordinem Ecclesie disponendi. Tertio, mandandi, prohibendi, puniendo quosvis fideles. Ade quarto, seribendi libros canonicos. Unde Paulus hunc dignitatis et potestatis sui titulum sumus praefigit epistolis, dicens: « Paulus vocatus Apostolus; » ut jam facient Legati Pontificis, dicendo: « Nos Octavius Dei gratis Legatus Apostolicus. »

Dices: Si in hisce quatuor manuis Apostoli omnes parerent S. Petro, quomodo ergo Petrus erat eorum et Ecclesie totius caput?

Respondere: quia S. Petrus polerat aliis Apostoli quasi superiori praepucere; et si errarent, Petri erat eos corrigerre; et, si dissiderent, ejus-

*sit Filius Dei non absolute, sed in virtute et gloria
resurrectionis, quodque tune tantum habuerit
spiritum sanctificationis, quem et absolute hic
tribuit apostolus. Explicatio ergo prior jam allata,
liet pauli difficilior, magis latenter genuina, et ex
mente phrasique apostoli, magisque sublimis,
solida et universalis esse videtur.*

AD OBEDIENDI FIDEI IN OMNIBUS GENTIBUS PRO NOMINE EJUS. — Maldonatus in notis ejus manuscriptis quas vidi Romae, censet esse hendiadyn: « gratiam et apostolatum, » id est gratiam apostolatus, et recte. Hinc et ex vers. 1 omnium pene

(1) To *Iesu Christi Domini nostri* commodius in Graeco
conectetur cum verbis *τοι ποιούστοι*, quibus exor-
ditur comma 3, ut interjecta vers. 3-4 parenthes sint
includenda. Hinc in versione Vulgata oritur difficultas,
quia verba *de Filio suo* et *Iesu Christi Domini nostri*
vario nonantur casu, quod in Graeco non reperitur.

epistolaram S. Pauli. Cum S. Chrysostomo et Ori-
gene, nota contra Calvinum et Erasmum, aposto-
latum non tantum significare legationem et mis-
sionem, aut missione et legatione functionem, ut
sonat eius etymon, sed etiam significare officium,
potestalem et dignitatem primam et summam in
Ecclesiis. Sic enim iam Legatus Summi Pontificis
eius vocatur Nuntius, vel Legatus Apostolicus;
estque hec magna dignitas: ita pariter Apostoli
dicebantur et re ipsa erant legati Christi. Matth.
xxviii, 19, atque hoc ipso obtinente anoritator-
summam in Ecclesiis. « Pro Christo legatione
fungimur; » quod Paulus II Corin. viii, 29, apolo-
toli ergo erant primi a Christo. Aristi vice
gerabant, et Christi personam representabant: si-
cuit regis legatus regem ipsum representat. Licit
ergo Apostoli omnes subditi essent S. Petro, quasi
Pontifici et capitoli Ecclesie, eique obediere de-
berent; tame parum cum eo potestatē habebant:
Primo, tota orbe predicandi Evangelii, « ad obe-
diendum fidei in omnibus Gentibus, » id est ut
obediatur fidelis ab omnibus gentibus, scilicet, ut
Apostoli sua predicatione inducent, omnes Gen-
tilio. Ita S. Chrysostomus et alii. *Secundo*, fun-
dandi ubique Ecclesiis, id est creandis Episcopos
et Presbyteros, instituendi ritum sacramorum et Sa-
cramentorum, totumque ordinem Ecclesie dispo-
nendi. *Tertio*, mandandi, prohibendi, puniendo
quovis fideles. *Aude quarto*, scribendi libros ca-
nonicos. Unde Paulus hinc dignitatem et potes-
tatis sue titulum sibi praefigit epistolis, dicens:
« Paulus vocalis Apostolus; » ut jam faciunt Legati
Pontificis, dicendo: « Nos Octavius Dei gratia
Legatus Apostolicus. »

Dices : Si in hisce quatuor munis Apostoli omnes parentes erant S. Petrus, quomodo ergo Petrus erat eorum et Ecclesie totius caput ?
Respondeo : quia S. Petrus polter alius Apostoli quasi superior precepisse ; et, si errarent, Petri erat eos corrigit ; et, si dissiderent, ejusdem erat eis corrum dirimir, oneris insuper et provincias cuique distribuere. Ita S. Cyprianus, lib. De Unitate Eccles. Sic *immane*, sive episcopatus, non tantum est fundatio, sed etiam est ipsa dignitas episcopalis, sive prasulatus. Unde Psal. cxxv dicitur : « Episcopatum eius accipiat alter, ubi hebreo*s* est, **כִּי־פְּקֻדָּתְךָ**, id est prefec-
turam eius accipiat alter.

PRO NOMINE EIUS. — Aliqui haec referunt ad obediendum. Sedne Syrus verit, ut omnes Genites obediunt fidei nominis eius. Verum apertus haec referas ad id accepimus apostolatum, q. d. Nomine et vice Christi apostolatum accepimus, et legatione fungimur. Ita Ambrosius, vel ut Chrysostomus et Theophylactus : « Accepimus apostolatum pro nomine eius, id est pro gloria et fide nominis Christi propaganda et divulganda.

6. IN QUIBUS ESTIS ET VOS VOCATI JESU CHRISTI.—
«Vocati,» id est vocatitii, quasi famuli vel filii

jesu Christi. Sic vers. seq.: « Vocationis sanctis, » inquit, id est vocatis ad sanctitatem, « vocatis ad Christianismum, ut sint sancti. Omnes enim Christiani vocatione sunt sancti, quia vocati sunt ad sanctimonium; et si vocationi sua responderemus velint, debent studere sanctitati, esseque sancti. Vide dicta, vers. 1.

7 OMNIBUS QUI SINT ROMÆ. — Est hic hyperbaton et perturbatus ordo. Hac enim verba referenda sunt ad prima capituli: « Paulus servus Iesu Christi; » unde aliqui omnia a vers. 2 huncque pro parenthesis intercipiunt et legunt. Vide can. 37. Deinde subintelligendum hic est verbum *opiat*, vel *orat*, q. d. « Opiat Paulus ut omnibus qui sunt Romæ, gratia et pax », subintellige rursum, *adimplatur*, vel *multiplicetur*; aut certe cum ait, « Paulus omnibus qui sunt Romæ », subaudi, scribit *hanc epistolam* (1).

GRATIA VOBIS ET PAX A DEO PATER NOSTRO, ET
DOMINO IESU CHRISTO. — Notat Tertullianus, lib. V
Contra Marcion., cap. v, quod iudeorum, quos
Christus secutus est, haec erat salutio: שׁלֵם
schalam lachem, pax vobis, id est omni-
prospera et fausta sint vobis. Apostolorum
vero haec erat salutatio: *et Gratia et Pax vobis.*¹
eo quod gratia per Christum allatae praecones
essent. Idem secuti Pontifices Romani et concio-
natores, virique Religiosi in suis concionibus
et epistolis premittunt gratiam, pacem; Pontif-
ices etiam Apostolicam benedictionem.

Nota secundo : « Gratia non est tantum benevolencia et favor Dei (ut vult Dea), sed et quod ex eo, utpote non innati, sed liberal et efficac, sequitur, scilicet gratia et omne Dei beneficium gratitum, qui homo dirigitur ad salutem : qua-
ia sum fides, spes, charitas, virtutes, carum
augmenta, remissa peccatorum, illuminationes
intellexus, impulsus voluntatis ad plam vitam,
bona opera, in iis perseverantia et ipsa denique
vita eterna.

«Pax» vero hic intelligitur illa, quam habet anima justa cum Deo; item pax conscientiae, ut conscientia olim cogitatione suorum peccatorum et terrore irae Dei perturbata, jam peccatis perfractis Dei remissis in quiete sit, et quieta Deo serviat.

Moraliter nota S. Chrysostomus, in il Timoth.
i, 1, Pauli salutatione non tantum esse signum
de benevolentia, sed et causam benedictionis et gra-
tiae. « Sufficit, inquit Chrysostomus, sola Pauli
salutatio gratia implere eum, qui illa salutator. »
ancorum enim salutations sunt tacite preces
et benedictiones, potentes et efficaces, que a Deo
impetrant ea bona, quae Sancti illis quo salutant,
appreciantur: unde Christus, *Math. x.*, jussit Aposto-
los, ut hospitibus sua salutatione bene pre-
caventur et benedicentur: « Intrantes, inquit, do-

⁽¹⁾ *Omnibus qui sunt Romæ, Deo dilectis. Alii post
Romæ delent comma.*

num, salute eam, dicentes : Pax huic domini.
Et ne verbalem tantum ac ceremoniale habet
salutationem putes, subdit eis fructum et ef-
ficaciam, dicens : « Et si quidem fuerit dominus
digna, veniet pax vestra super eam. » Tanti est
Sanctis salutari. Haec B. Virgo sua salutatione E-
phesianum et Joannem Baptistam replevit Spiritu
sancto, *Lucas* i, 44. Vide hi quam potens quia
quae oplanda et ambienda sit Sanctorum sal-
utatio.

PER IESUM CHRISTUM, — tanquam mediatorum
nstrum, a quo fides, gratia et omnia bona, per
tibus Deo gratias agimus, nobis provenient, a
mbrosius; et tanquam summum sacerdotium
nstrum, cuius oblatione omnia nostra gratia
unt Patri, ait Origenes; ac consequenter et nos
a gratiarum actio grata est Patri per Christum
qui tanquam Pontificis illam Patri offert.

PRO OMNIBUS VOBIS : QUA FIDES VESTRA ANNUNCIAT
IN UNIVERSO MUNDUM. — q.d. Gratias ago Deo-
mum gratia est fides vestra. Quod enim Christus
pediderit; non per vos, sed per gratiam Deum.
Factum est. Russorum gratias ago Deo, quia ejus
actum factum est, ut fides vestra, id est fama
excellenta et constans fidei vestre, quod scilicet
est vos, qui Romae estis rerum domini, credidisse
in Evangelio, in eoque generose persistatis et
proficiatis: vulgare utrumque ab ore Romanis subiecto
et obsequium nomen Romanorum est celebre
Chrysostomus et Theodosius.

Hanc Pauli de Romaniis sententiam ei laudem
non tantum ad presentes et illius iudei Romanos,
sed et posteris eorum pertinere docet Hieronimus,
lib. III *Contra Rustica*, cap. II: « Ad Ro-
manos, ait, Apostolico ore laudatus perfida non
poterat accessum, » nec ea tempore S. Hieronymus
neque habuit: nunquam enim haec sententia ad
astra usque tempora heresi Romanos, sicut alias
quae non occupavit. Vero Tertullianus, lib. *De Pra-
script. adversus hereticos*, cap. XXXVI: « Habet, ait,
Romani, unde nobis quoque auctoritas presto-
ritur: statu felix Ecclesia, cui totum doctrinam
postulasti cum sanguine suo profuderat. »

Quare S. Hieronymus, in prefat. lib. II in epist. Galatas : « Vultis, inquit, scire, o Paula et Iustochium, quomodo Apostolus unquamque provinciam suis proprietalibus denotari; usque die eadem vel virtutum vestigia permanent vel orum. Romanæ plebis laudatur fides : ubi ali-

2) Quæ nunc sequuntur ad vers. 17, pertinent ad præmonem, et continent captationem benevolentiae. Vox *nunc* h. l. non esse ordinis particula, respiciens secundum, sed intentionis, significans *imprimis*, videtur.

quando tanto studio et frequenter ad ecclesias est ad Martyrum sepulera concurruntur? ubi sic ad similitudinem coelestis tonitri reboat Amen, et vacua idolorum templo quatinus? Non quod aliani habeant Romani fidem, nisi hanc quam omnes Christi Ecclesia, sed quod devote in eis major sit, et simplicitas ad credendum.

Amplius vero quipiam dicit S. Cyprianus, nimis hoc prophete dicta a S. Paulo, praesidente Romanorum futuri seculis in fide constantiam. Sic enim ait epist. 57 ad Cornelium, Dei et populi Romani, tempore persecutionis, Dei, fidei robur collaudat: « Dum apud vos unus animus et una vox est, Ecclesia omnis Romana confessus est; claruit, fratres charissimi, fides, quam de vobis B. Apostolus predicavit, et praeconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocabat. »

Ulterius progradientur S. Chrysostomus hic, ergoque et annuntiat, cum ait Paulus: « Fides vestra annuntiatur in universo mundo, » quod scilicet sicut Ecclesia Romana, Petro et Paulo praedicante, considererat, ita instar illius quasi matricis, cetera Ecclesia et nationes credere debent, quod illa credidisset. « Non dixit Paulus, inquit Chrysostomus: Manifestatur, sed, Annuntiatur fides vestra; planum faciens, quod dicit nihil addendum vel mendacum esset. Angeli seu nuntii hoc est opus, ea sola que dicuntur, deferre: ob quod sacerdos angelus vocatur, quod non sua ipsius, sed ea tantum nuntiat, que ab eo accepterit, a quo delegatur: quanquam Petrus «ibi» predicavit; sed illius facta, sua esse ducit Paulus. »

Hinc «Romans» apud veteres, non tantum orthodoxos, sed et hereticos, idem erat quod Catholicus. Sic Jocundus Arianus ad Theodorum regem: « Si Armogastren, inquit, gladio permeritis, Romani martyrum predicabant; » Romani, id est Catholici. Ita referat Victor Uticensis in persecutione Wandalica, ubi et alium martyrem commemorat, qui ab eisdem Arianis de fide rogatus, respondit, « Romanus sum; » Romanus, id est Catholicus. Pari modo Ricemus Gothi et Arianus scribi ad Ligurens: « Si est Catholicus, est Romanus. » Theodosius quoque Imperator, in epistola ad Acacium Beroensem: « Debet, ait, vos probatos sacerdotes esse Romanos religionis. » Cujus nomenclatura, eaque ac preminentia et constantia Romana Ecclesia vera ex iusta causa est; quod S. Petrus suum episcopatum Antiochia Romam transtulerit, et in Romana Ecclesia cum episcopatu, primatum quoque ipsum ipsamque petram fidei et Ecclesie constituerit et collocauit; idque « divine consuetudo, » inquit S. Leo, serm. 1 De Nativ. S. Petri et Pauli, omnium ut Evangelium et fides a Roma, quasi a capite et arce imperii citissime per totum orbem diffundenter et diffusa conservantur. Erat enim Roma iniqua rite circuivit, quasi

eposome et compendium totius orbis: omnium enim nationum inquinili versabantur Romae: unde Polemon apud Galenum vocat populum Romanum δῆμον τῆς οἰκουμένης.

Alli veteres Romanum compellant πατρεσθόνας, virtutum domicilium, mundi caput, urbium regina, mater et nutrix herorum, patria legum, terrarum dea gentiumque, communis nostra patria, patria omnium, que, ut canit Poeta, Enec. VI,

Imperium terris, animos aquavit Olympo.
Tu regere imperio populos, Romane, memento.

Unde et apposite Roma, Graecē πόλις, robur, hebreum vero sublimitatem et celitudinem a radice θύρα, id est altus, excelsus fuit, significat, ut annotavit S. Hieronymus, lib. II Contra Iovinianum, ubi sic Romanum alloquitur: « Te alloquar, quae scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti, urbe potens, urbs orbis domina, urbs Apostoli voce laudata, interpretetur vocabulum: Roma aut fortitudinis nomen est apud Graecos, aut sublimitatis juxta Hebreos. » Quocirca ab Ecclesia Romana, quasi a matrice, veritatem fidei et traditionis Apostolicae patet, quod illa credidisset. « Non dixit Paulus, inquit Chrysostomus: Manifestatur, sed, Annuntiatur fides vestra; planum faciens, quod dicit nihil addendum vel mendacum esset. Angeli seu nuntii hoc est opus, ea sola que dicuntur, deferre: ob quod sacerdos angelus vocatur, quod non sua ipsius, sed ea tantum nuntiat, que ab eo accepterit, a quo delegatur: quanquam Petrus «ibi» predicavit; sed illius facta, sua esse ducit Paulus. »

Ab Episcopo
sia Roma
niana ve
rificata
et Apa
loca
tradic
tio de

Buceri et
Bea ver
sio regi
strar.

Hinc «Romans» apud veteres, non tantum orthodoxos, sed et hereticos, idem erat quod Catholicus. Sic Jocundus Arianus ad Theodorum regem: « Si Armogastren, inquit, gladio permeritis, Romani martyrum predicabant; » Romani, id est Catholici. Ita referat Victor Uticensis in persecutione Wandalica, ubi et alium martyrem commemorat, qui ab eisdem Arianis de fide rogatus, respondit, « Romanus sum; » Romanus, id est Catholicus. Pari modo Ricemus Gothi et Arianus scribi ad Ligurens: « Si est Catholicus, est Romanus. » Theodosius quoque Imperator, in epistola ad Acacium Beroensem: « Debet, ait, vos probatos sacerdotes esse Romanos religionis. » Cujus nomenclatura, eaque ac preminentia et constantia Romana Ecclesia vera ex iusta causa est; quod S. Petrus suum episcopatum Antiochia Romam transtulerit, et in Romana Ecclesia cum episcopatu, primatum quoque ipsum ipsamque petram fidei et Ecclesie constituerit et collocauit; idque « divine consuetudo, » inquit S. Leo, serm. 1 De Nativ. S. Petri et Pauli, omnium ut Evangelium et fides a Roma, quasi a capite et arce imperii citissime per totum orbem diffundenter et diffusa conservantur. Erat enim Roma iniqua rite circuivit, quasi

dum principes ejus et amici honorantur, honore scilicet inferiori, quam est honor, quo rex in sua persona honoratur.

Nota « cui (scilicet Deo) servio, » Graecē ἀρχέρω, magnus nimis reverentia et sollicitudine; ideoque subdit dicens: « In spiritu meo; » nam λαργόν dictum volunt a λα, quae particula auget in compositione, et τρίπον, quod est tremere.

In SPIRITU MEO, — q. d. Servio Deo Deumque eontra fidelitatem et mente, non ceremonias Judaicas. Sic enim Christus jussit Patrem adorari in spiritu et veritate, Joan. IV, 23: illi Origenes, Chrysostomus, Theophylactus.

Secundo, non male illi per τὴν φύσιν, sive spiritum, his spiritum vitaliter intelligent, q. d. Paulus: « Ego vitam et omnes spiritus meos, sudorem et sanguinem Deo impendo, ad ultimum usque spiritum Deo deservio, pro eoque labore do decreto. »

40. QUONIAM TANDEM ALIQUANDO PROSPERUM ITER HABEAM IN VOLUNTATE (id est, per voluntatem) DEI VENIENDI AD VOS, etc.

42. ID EST, SIMUL CONSOLARI IN VOBIS, PER EAM QUE INVICEM EST FIDEM. — Pro simul consolari, Graecē εὐαγγελάζεσθαι, id est, ut simul consolationem et ielitiam capiamus, per mutuam fidei communicationem. Ita Chrysostomus et Theophylactus.

Secundo, apius Origenes τὸ simul consolari, refert ad τὸ confirmando, q. d. Desiderio videre vos ut confirmare vos instruendo et docendo in fide Christi; et hec mea confirmatio fiat mutua consolatio nostra, ex communia fide mea et vestra, jam per me aucta et confirmata. Colligitur hic sensus ex verso seq. Unde etiam patet, inclusus nostrum Interpretem τὸ συμπαραγόντες vertente, « simul consolari, » quam Bucerus et Beza, qui vertunt, « mutuo exhortari; » ne enim Apostolus exhortationem accipere, sed dare volebat Romanis, ut ait vers. seq. Quo simul tacite premittat fastum Romanorum, illi Chrysostomus, et insinuat eos sua instructione et monitis indigere: consolatiōne autem Romanis et dare, et vici-sim ab eis accipere volebat (1).

14. GREECI AC BARBARIS, SAPIENTIUS ET INSPIRANTIBUS DEBITOR SUM. — « Barbarus » est vox Graeca, et a Graecis per onomatopoeiam facta. Barbarus ergo a Graecis sapientius et eloquentiae deditus, dictus est omnis qui alia quam Graeca lingua loqueretur, et hac ratione etiam Romani Graeci erant Barba: unde Paulus hic qui habet tenuis inter Graecos egerat, Graecorum more et phrasi, Graeci opponit Barbaros. Sic et Cicero, lib. II De Divinit., gentes omnes dividit in Graecos et Barbaros. Unde et Plautus in prologo Asinaria, Latinam linguam barbaram vocat. De quo rursum dicam I Corinth. XIV, 11.

(1) Vers. 12 Paulus mitigat et mollit quod prius dixerat, ne suscipiantur se a Paulo tamquam infirmos consolari. Ego vicius a vobis fructum, gaudium et solamen percipiem, ut in amicorum congressibus fieri solet.

Notant hic Chrysostomus et Theophylactus modestiam Pauli, qua sit: « Debitor sum, » q. d. Debitum irrecusabile evangelizandi mihi incurbit. Creditum enim et demandatum est mihi a Deo hunc munus praedicandi. Unde I Corinth. IX, 10, ait: « Vix mihi, si non evangelizavero! »

13. ITA (QUOD IN ME) PRONTUM EST ET VOBIS EVANGELIZARE, — q. d. Itaque quod ad me attinet, promplito mihi adest; et ut Syrus verit, Οὐαὶ μόνον μερχαππατ, satago evangelizare vobis.

16. NON ENIM ERUBESCO EVANGELIUM, — uti erubescunt Judei, qui Evangelium de Christo crucifixo et Salvatore contemnunt, habentque pro scandalo; et Gentiles qui illud idem rident quasi stultitiam, I Corinth. I, 23. Tertullianus, lib. V Contra Marcionem, cap. XIII, legit: « Non enim me pudenct Evangelii (2). »

Hanc vocem Pauli generose aequa ac congrue usurpat parvulus Palatinus, Paulus Kostka, frater B. Stanislai Kostka, ut referatur in ejus vita: qui parentibus demortuis, haeres ampliorum et nobilium dominiorum, fratrem secutus, omnia sua Christi amore contemptis et in pauperes erogavit: quin et hospitem domum, infra alia, extixit et dotavit, in qua ipse inter pauperes vivere, mori et sepeliri voluit, ut Christum pauperem ejusque Evangelium, quod heatos praedicat pauperes, quam proxime pauper sequeretur, vetus S. Paula Romanus exemplum amittat, ideoque suo inter eos sepulcro inscribi jussit: « Non erubesco Evangelium. » Significans vitam sibi inopem, licet mundo ignobilem, ultra delectant, quod scholar et liber Christi, non mundi, se addixisset: nec rubori sibi, sed splendori ducere, quod celestis Magister re et oratione optabile et gloriosum demonstrarat, imo fecerat.

Quocirca apud Principes Poloniae magnum sanctitatem famam obtinuit, eosque simili pio Evangelico paupertatis et perfectionis sensu perstrinxit. Preclarè enim S. Ambrosius, lib. I Offic., cap. XXX: « Neminem, inquit, debet pudere, si ex divite pauper fiat, dum largitur pauperi; quia Christus pauper factus est, cum dives esset, ut nos sua inopia daret. » Digna ergo principe Christiana vox: « Non erubesco Evangelium. »

VIRTUS ENI DEI EST IN SALUTEM OMNI CREDENTI, — q. d. Evangelium, id est non ipsa vox vel scriptura Evangelii, sed predictio et fides, vel potius res predicta per Evangelium, scilicet Christi mors, merita, Sacramenta, praecipia; promissa, licet incredulis pudori sint, scandala et risu, nobis tamen Dei virtus sunt potentia; Graecē enim est διάνα, per quam Deus potenter in creditibus operatur salutem, id est fidei, justitiam et vitam eternam.

Objicit Lutherus: Ergo fides sola salvat et justificat. Respondeo, nego consequentiam. Fides

(2) Imo honori mihi doce praedicare Evangelium; nam non erubesco per paup. hic dictum est.